

Ut Inclito Polonia Regno pristina restitueretur tranquillitas, ex literis ta-
 men Regia Maiestatis Vestrae de data 28 Martij ad Nos exaratis perspepe-
 rimus, in eodem adhuc versari discrimine, ad quod propulsandum Regia Ma-
 iestas Vra Copias Nras Auxiliares Vivibus Regni iungendas iterum desiderat.
 En quidem an Pacis, an belli Consilia hodierno Reipublica Statui magis
 conveniant Regia Mtti Vra, et prudentissimis Regni Ordinibus disudi-
 candum relinquimus, ceterum haud ignoramus, atq Nos Pacta Bydgosken-
 sia obstringant, quae etiam hactenus omni ex parte implevimus. Nam
 cum pro Nostra promptitudine quam Reipub. necessitatibus semper sub-
 venimus, pluribus etiam praestitis, quam tenebamur, Viceversa Nobis promissis-
 sissimus fore, ut Pactis etiam ex parte Regia Mtti Vra et Inclita Reipub.
 satisfaceret, atq in eum finem quae placuit, Commissio haberetur, accidit con-
 tra ut in Lure quo Drahimensis dictio per expressam Pactorum dispositio-
 nem Nobis cessa, turbare Nos per Exactiones eidem impositas, nonnulli
 animum induperint, Nec potest propterea Regiam Mtti Vram latere,
 quas calamitates Anno proxime elapso Copiae Nrae ob non persoluta Sti-
 pendiis, ipsi ex Pactorum tenore, et conventionione in super habita debita,
 perspecta sunt. Quod ne iterum cum Magno Nostro, Copiarumq Nostrarum Au-
 xiliarium detrimento accidat, confidimus, Regiam Mtti Vram pro ani-
 mi sui equitate haud egre laturam, si prius quam illas mittamus, cum ijs
 quos Regia Mtti Vra, ad id delegare placebit, de certa Stipendiorum persolu-
 tione, absq qua subsistere nequeunt, et quae ipsi statim, atq Regnum ingres-
 sae sunt in Pactorum debetur agere, ac convenire Nobis constitutum sit. Quare
 ut Regia Mtti Vra ei negotii prospicere sustineat, ab eodem Officore
 contendimus, qui de caetero non tantum Copia in Pactis convenientis, sed et